fuisset, iratus dixit, quare eum propter tam parvam rem inquietassent. Predictus itaque advocatus multam predam[a] fecit in Thuringia, unde commoti nobiles terre consilio inito cum principe primas precariam[b] in Thuringia fecerunt inauditam, scilicet de aratro lothonem argenti, fecerunt, que communis erat omnibus, tam religiosis quam clericis et laicis. Congregaverunt itaque sexingentas marcas argenti (hec) lantgravio Hassie dantes, civitatem Wissinsee recuperunt.

Anno domini M°CCLXXIIII° Cistercienses in suo generali concilio et capitulo prohibuerunt districtius, quod in toto ipsorum ordine per mundum neque in claustris neque in curiis eorum nulli quid. aliquid ad commedendum fratrum Minorum (nec ad bibendum) debitur nec eciam ad hospitandum nullatenus recipiatur, nec ei in aliqua elemosina succurratur.

Cr. S. P. 1275.

Eodem anno imperator Constantinopolitanus nomine Baldewinus quosdam nobiles septem numero invitaverat secum ad mensam. Et in eadem mensa vel prandio imperatori mortiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, communiter intoxicati, omnes eodem die mortui sunt. Quod audiens Gregorius papa decimus missas defunctis pro animabus eorum Lugduni solempniter celebravit.

Cr. S. P. E. und Kirch. (ed. Cr. S. P.)

Anno domini M°CCLXXV° Moniales venerunt Saxgerhusin, habitantes in parrochia ad Sanctum Udalricum usque in presentem diem.

Cr. Kirch.

Eodem anno in marchia Misnensi facte sunt inundaciones aquarum per Albiam circa festum Bartholomei, quod multe ville et homines cum pecoribus interierunt. Eodem anno Gregorius papa decimus obiit in Aretio post epiphaniam domini. Et venenum fuit sibi propinatum, per quod et mortuus

Cr. S. P. E. und Kirch.? = Cr. S. P.

a) multa preda c)
primas
b) ptariam c) attenus
?/?
Von hier ab vorgefundene Stellen mit Eccardt Abschrift mit der Cron. Thur. Eccard verglichen.
d) mense
e) ctur
missnensi